

Author: Desbillons

Title: 11.5 Canis et Taurus

URL:

https://archive.org/details/bub_gb_15kOAAAQAAJ/page/249/mode/1up?view=theater

Canis et Taurus

Pugnam parabat inire cum Tauro Canis,
et "Facile vincam," dixit, "namque dentibus
Sum longe melior." Capite sed prono irruens
Hunc fodit ille necopinantem cornibus.
Fabella te ullo cum hoste congredi vetat,
Nisi ante noris, qua minus, qua plus valet.

Canis parabat inire pugnam
cum Tauro,
et dixit,
"Facile vincam
namque sum longe melior dentibus."
Sed ille [Taurus],
irruens prono capite,
fodit hunc [Canem],
necopinantem cornibus.
Fabella vetat te congredi
cum ullo hoste,
nisi noris [noveris] ante
qua minus [hostis valet],
qua plus valet.

Pugnam · para · bat ini · re cum · Tauro · Canis,
et "Faci · le vin · cam," dix · it, "nam · que den · tibus
Sum lon · ge meli · or. Capi · te sed · pron~ ir · ruens
Hunc fo · dit il · le neco · pinan · tem cor · nibus.
Fabel · la t~ ul · lo c~ hos · te con · gredi · vetat,
Nis~ an · te no · ris, qua · minus · qua plus · valet.